Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26515
Copyright: Admont, Benediktinerstift



saluare debuit pro istis culpis dampnet.
Siquis sanctimonialem hoc deo dicatam de XI.
monasterio traxerit. et eam sibi in coniugi
o contra legem ecclesiasticam. cequirat eam
epc ciuitatis illius cum consilio ducis et re
gis. Velit nolit tamen reddat eam ad illud
monasterium unde eam tulit. et componat
ad illud monasterium dupliciter sicut solet
componere qui alienam rapit uxorem. Scimus illum
crimine esse obnoxium qui alienam rapit
sponsam. quanto magis ille obnoxius est cri
mine qui xpi usurpat sponsam rapere. Et si
noluerit emendare et reddere. expellatur
de prouincia. dicente apostolo. auferte malum
a uobis metipsis. Tradite huiusmodi satanae in
interitum carnis ut spc saluus fiat in die dni
nri ihu xpi.
XII
De pbris uel diaconibus et de ecclesiasticis
ministris. ut nullo pbro uel diacono liceat
habere secum in domo extraneam feminam.
ne per illam occasionem decipiatur. et pollu
tus offerat sacrificium. nec plebs per eius of
fensionem corruat. et plagam sustineat.
Propterea qui gradu sacerdotali fulciuntur.